

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Plvtarchi Chaeronensis Moralia, Qvae Vsvrpantvr

Svnt Avtem Omnis elegantis doctrinæ Penvs : Id est, varij libri: morales, historici, physici, mathematici, denique ad politioem litteraturam pertinentes & humanitatem : omnes de Graeca in Latinam linguam transscripti summo labore, cura, ac fide

**Plutarchus**

**Francoforti ad Mœn, M.D.LXXXII**

In libellum de discrimine adulatoris & amici

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-289](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-289)

IN LIBELLVM DE DISCRIMI-  
ne adulatoris & amici.

Initio. Philopappus amantem aui significat. Sed esse cognomentum ex eo liquet, quod infra seorsum repetitur. Itemq; in cap. vltimo libri primi Symposiacor. Platonis locus est quinto de Legibus, & quod de veritate citatur paulo antecedit, in prima eius libri pagina.

147. 11. Vt Euenus. ] Sic & pagina vltima Platonica-  
rum questionum. In salubribus preceptis Prodicus adscribitur, sed talia occurrunt multa.

Ibid. 37. Verba eorum referunt. ] Sic interpretor verba ἀνομιέως ὅς τις εἶπε. Vt ille Terentianus, Quidquid dicunt, laudo, &c. notus est enim locus. Mox versu 36. Vmbra meritur cœnæ. ] Sic & Erasmus. Locus est obscurus vt cunque. sed probabile est parasitos vt in tēpore ad prandia occurrerent, dimetiendis vmbra eorum horas & articulos exquisiuisse: quomodo nunc horologia obseruantur.

148. 34. Difficulus deprehenditur. ] Sanè impressi habent δυσχώρας ἔστι. Sed neutiquam pretereunda est alia lectio, annotata in scripti libri margine, δυσφώρας. qua mihi concinnior etiam atque recepta videtur.

152. 5. Non impetus. ] Impetuum melius legeretur, & minus etiam ambiguit.

154. 26. Aut polium. ] Versus est Nicandri Theriacis. 64.

155. 20. Cùm rex Charilaus. ] Χαείλλου. χαείλου forte, vt in Lycurgo. vide qua ibi annotaui. Sic infra etiam ἀπὸ φθέρων. 139. In Laconicis 161. legitur χαείλαν, quarto casu.

157. 11. Suilla cute crassa. ] φορβίαν παχεῖαν. quid sit φορβία, nolo hic disputare. satis & hinc & ex libello de cohibenda ira liquet, capistrum esse quo vterentur qui fistula canerent. Marfya inuentum ibi ex poeta quodam dicitur. φορβίαν Eusta-

ihus & alij ferè scribunt. Sed quadret sanè. Scriptus non hoc sed φοέλυ habet, quæ vox cutem suis significat, cui Σάρω habuit Iudicent docti an non optime in hebetem ac rudem competat: & vitram malint lectionem sequi. in margine habetur φορδέαν, quæ vox est etiam paulò antiè. & profectò quidvis potius quàm insulam significat, quam huc interpret iniefferat. quid autem sit de Cyprio illo, & ἐπιθάμεν, mihi sanè non est euidens. Idem liber βίανι habet in margine quidem, in textu μίπρωφω. Amplius.

Ibid. 39. Mediocre[m] in ciuitate. ] Τὰ μέσα φάγουσι τῶν πόλεων, hoc secutus sum, quanquam πολεμίον scriptus noster haberet. Notus est versiculus & arrogantiam & ignauitiam, ac tam summa cum odio, quàm infima cum abiectiōne coniuncta vituperans. Πάντα μέσοις ἄεττα, μέτρω δέλω ἐν πόλει εἶναι.

158. 14. Quòd si quis. ] Ἄν δὴ τις lego, ex sententia.

Ibid. 34. Propones. ] ἐπιτάτλοντα legi, ac ita est in scripto nostro, perspicuè verum. nam ἐπιτάτλον τὰς vitiosum est, ipsiq; Erasmo impo suerat. Quod postea de Megalyzo refert, vt & in libello de Animi tranquillitate, Plinius 35. 10. ad ipsum Alexandrum Magnum refert.

161. 25. Atrociaq; supplicia exercentem. ] τὴν πονηρίαν ἔχοντα & τελεούσῃ. De priore annotauimus ad Dionem Plutarchi aliquid. Posterius mihi suspectum est mendii. in scripto est τελοούσῃ. Erasmus vertit, Vecligalibus oneranti populum.

163. 17. Ne Biantis quidem. ] Alij alijs, noster sub initium coniunxit septem sapientum Thaleti tribuit.

164. 12. Tamen in minoribus. ] Habent nostri λοιπὰ λαβλῶ. Scriptus μικρὰ, quod magis placuit.

165. 40. Non probos. ] τῆ σὴ πονηρὸς. Sic legitur etiam apud Stobæum λόγῳ ἰδ. adducentem hæc ex Erechibeo Euripida. pro τῆ σὴ legi σιγῆ, est in margine libri manuscripti annotatum, quod nescire harum rerum diligentes nolui. nam quod

quod ibidem pro ἀφοσιούμ) monemur alibi legi ἐξελάνθη, non mouet me, & probabile est esse γλώσσημα.

166. 37. Publici contra ius non scriptum delicti.] ἀπαγγελίας. sic & scriptus cum apostropho ad praepositionem. Vox mihi est ignota, & pro simplici ἀγγελία accipio: de qua vide Harpocratonem, Suidam ac Pollucem cap. 1. lib. 8.

167. 36. Aut si non persuadeat.] ἀν' ἢ μὴ παύθη, lego. παύθη scribitur: sed mendosè. Erasmus vertit: Si non patietur ille. Verùm Græci sic non loquuntur. Sed meam correctionem à iudicio profectam, scriptus liber inspectus certam reddidit. Idem (vt obiter studiosos iuueni.) senarium peruertit, cuius sententia est. Verum amicum socium se sanis amici consilijs atque institutis præbere, non vitiosis item.

168. 1. Ut enim aliquando conscij.] In Græco impressum est, ἐδὲ γὰρ τῷ σωζένῳ. Scriptus habet, ἐδὲ γὰρ τὸ. Ego sensum sectatus sum, & legi, ἐδὲ γὰρ πρὸς τῷ σω.

169. 11. Excitante.] \* κρυφίῳ δὲ λόγῳ. Locus mihi videtur esse mutilatus.

170. 33. Parum ingenium est.] ὄσπερ ἀπελεύθερον. hanc lectionem secutus Erasmus, nescio quem libertinum comicum excogitauit. in scripto est ὑπελεύθερον, & superne notatum ἀπελεύθερον, quod in verrendo secutus sum. Notum est quomodo vetus comædia libertatem dignos publicè notandi in licentiam maledicentiæ detorsit. de qua re hîc commentari non vacat. Vide Horatium in epistola ad Augustum, & de arte Poetica ad Pisones, atque alibi, ne alios huc citem. Quid Erasmus sedutus sit quod κήρας incrustationem tectoriã vertit, aut quid legerit, non sum sollicitus. Græca enim plana sunt.

173. 2. Malè etiam Antiphon.] Oratorem intellige Atheniensem, cuius vitam Plutarchus scribens, hanc historians recitat.

Ibid. 30. Funem molestarum soluit curarum.] λόντι τὸ τῶν δυσφόρων χοινίων καὶ μετεμῶν. Dubium non erat mihi,

quin legendum esset  $\alpha\omicron\upsilon\upsilon\iota\omega\upsilon\ \mu\upsilon\epsilon\mu\epsilon\upsilon\omega\upsilon\ \nu$ , & sic postea in scripto reperi. Est autem vinum amara curarum eluere efficax, Flacco 4. Od. 12. Sed vtrum Lydius Deus  $\lambda\upsilon\delta\iota\theta$ , an potius  $\lambda\upsilon\sigma\iota\theta$  scriberendum sit, vt est apud alios, & infra in septem sapientum conuiuio, nescio. certè etymo verba videntur quadrare, & codex ad stipulatur. Pausanias in Bœoticis aliam adfert causam, cur Bacchus Lydius dicatur, quam omitto. Scriptus codex meæ lectioni cum subscriberet, eam tenui, vitiosa omissa. Idem hic quidem  $\lambda\iota\delta\iota\theta$  habet.

175. 27. Platonis ad Dionem. ] Exstat hoc in quarta Platonis epistola.

178. 14. Corrigere Speusippum. ]  $\tau\theta\ \beta\iota\theta\ \tau\omicron\upsilon\ \Sigma\omega\epsilon\iota\sigma\iota\omega\pi\omicron\upsilon\ \nu$ . Sic emendandum erat è scripto. In Homericò  $\upsilon\delta\prime\ \epsilon\upsilon\delta\epsilon\ \nu\epsilon\omicron\upsilon\ \rho\epsilon\omicron\upsilon\sigma\iota\ \epsilon\upsilon\ \iota\pi\sigma\theta\ \alpha\upsilon\tau\omicron\upsilon\epsilon\ \nu$ , multo quàm  $\upsilon\delta\epsilon\upsilon\delta\epsilon\ \nu\ \sigma\iota\ \epsilon\mu\phi\alpha\pi\kappa\acute{\omega}\tau\epsilon\omicron\upsilon\ \nu$ . Iliad. 9. 234. Scriptus quoque rectè habet. Erasmus locum peruertit. De Phœnicis consilio, vide que annotaui ad lib. de Audiendis poetis.

179. 32. Vlysses in Scyriis. ]  $\text{Καὶ ὁ ἐν τοῖς Σκυρίοις Ὀδυσσεύς}$ . Erasmus vix scio quid secutus, vertit, In tragœdia, cui titulus Domini, legit nimirum  $\kappa\upsilon\epsilon\iota\omicron\iota\varsigma$ , litera  $\Sigma$ . neglecta. Ceterum ita notum est delituisse Scyri inter regias puellas Achillem detrectatione belli Iliaci, vt mirer id Erasmo in mētem venire vel primo intuitu huius loci non potuisse, si quidem ipsius codex habuit  $\kappa\upsilon\epsilon\iota\omicron\iota\varsigma$ , presertim cum in libello de Audiendis poetis etiam hi ipsi versus ponantur, in Scyro desidentis Achillis nominatim facta mentione. Vbi tamen pro  $\kappa\upsilon\lambda\epsilon\upsilon\chi\acute{\omega}\nu\ \nu$  legitur  $\alpha\pi\omicron\sigma\theta\epsilon\upsilon\upsilon\varsigma$  : Vt ex tēpore citandis dictis fiducia memoria aliquando docti in syllabis errant.  $\alpha\pi\omicron\sigma\theta\epsilon\upsilon\upsilon\varsigma$  quidem est  $\epsilon\mu\phi\alpha\lambda\iota\kappa\acute{\omega}\tau\epsilon\omicron\upsilon\ \nu$ , & vt puto genuinum eius loci. Qui autem hic Scyri citantur à Plutarcho, tragœdia Euripidis, memini eam alicubi apud Stobæum citari  $\Sigma\kappa\upsilon\rho\omicron\delta\upsilon\varsigma$ . Idē Erasmus supra Charisii nomen proprium secerat, cum sit  $\chi\alpha\epsilon\iota\varsigma$  vox adiectiua notissima. Sed &  $\mu\upsilon\mu\eta\mu\omicron\upsilon\iota\kappa\omicron\upsilon\ \alpha\mu\acute{\alpha}\rho\tau\eta\mu\alpha$  hic nota. Non enim Agamemno,